



**E**Berhardus ex antiquissima comitum Vuirtē bergensium familia prognatus, filius fuit Hul drici comitis, qui anno 1370 obiit. In eius ergo locū filius succedēs, ob insignem animi & corporis for titudinem omnibus gratissimus extitit. Cum autem anno 1396 comes Mōtisbelligardi, uir belli gloria clarissimus, contra Turcas cum rege Vngariæ, duce Burgundiæ, atq; multis alijs principib; expeditionem susciperet, atque etiā succubuisse, hic Eberhardus eius filiam pulcherrimam puellam uxorem duxit, atq; hoc modo Cæsar; & aliorū procerum Germanorum uoluntate eum comitatū cū Vuirtenbergensi ditione coniunxit. Erat Eberhardus multis heroicis uirtutibus præditus. Itaque cum uicinæ urbes Imperiales ipsum iniuria quadam prouocassent, eos bello aggressus memorabili prælio superauit, atq; honestis conditionib; cum ijs pacem cōfecit. Postea magna dexteritate suam prouinciam longo tempore gubernauit, atq; anno millesimo quadringentesimo uigesimonono moriens suam ditionem Ludouico et Huldrico filijs reliquit, à quibus longa nepotum successione Vuirtenbergen

ses duces prouenere, inter quos Christophorus singularis literarum Me coenas hodie magna gloria ijs in locis rerum potitur, id quod ex subiecta tabula intueri licet. Ioan.

Naucler.